

II. Tern.  
MDCCLXXVII.

Recus. m. Nov. 1826. mfn.

Henry W.

De patria.

Non idem sensus (divinus, qui olim Graecorum et Romanorum), eorumque aequalium, cum de patriae salute et commodis consultabant, pectora implebat, etiam in nos, de ea colloquente, <sup>transfunditur</sup> invadit. Nec nobis fora sunt, in quae de patriae emolumentis deliberaturi conveniamus; nec Demosthenes, nec Cicerones, qui in nobis illius amorem excitent. Neque ulla mater, filium, pro patria occisum, intuens: Haec causa, inquit, cum genitrici, non est sponsa, quae sponsum, a proelio, in quo patriam servandam iuvare possit, ut mortem evitet, ignave recedentem, contemnat. Coniuges maritos, sonore fratres orant atque obsecrant, ut in militia, ubicunque fieri queat, se periculis abstineant. Vulnera accepta iam non tam honesta, quam olim, videntur; nec patriae amor multis est causa glo-

gloriae et immortalitatis, sed inuitamen-  
ta viliora. — Quid quaeris? mollitia quae  
cum et inertia, atque officiorum, pa-  
triae praestantiorum, oblivio in plurimi-  
mis, quae nunc sunt, nationibus inesse  
videtur. Cuius rei cum causam quaerit  
mus, ita plerumque nobis respondetur:  
nos iam non tali vivere neipublicae  
conditione, qua omnibus illius admini-  
strandae participibus esse liceat, iam  
unum esse, penes quem summa rerum  
sit, quique suo ex arbitrio ceteris impe-  
ret. — Sed solumne in civitate popula-  
ri viventium patria gloriam posse, quae  
si iam dubitari nequeat, quin hic rei  
publicae status sit optimus? Num in  
imperio, ubi summa potestas penes  
unum est, patria nihil est aliud, nisi  
nomen inane? Quod qui putant, nul-  
lam, nec patriae, neque amoris eius  
nationem tenere videntur. Quapropter  
haec

5 13  
in (dissertatione) uncula demonstrare conabi-  
mur, quid patria ne vera sit, an etiam,  
qui nunc est neipublicae status, officia  
quaedam, amoremque et observantiam  
in eam habere (debeamus; et, si res ita  
se habeat, quibus in rebus illa cerri pos-  
sint.

Patria est regio, qua nati sumus, edu-  
cati et excolti; terra, in qua parentum  
nostrorum ossa requiescunt, et nostra  
quoque aliquando requiescent. Ita ple-  
rumque patriam definire solent, quae  
definitio mihi haud omnino sufficere  
videtur, sed duplicem existimo esse pos-  
se patriam, et eam terram, ubi nati  
simus, et eam, ubi, in eius fidem (cediti,  
munere quodam fungamur. Quod si et  
hoc, et illud in eadem terra nobis con-  
tigit, una tantum patriam gaudemus.  
An cuius igitur terrae fidem nos (cedimus,  
cuiusque legibus, quae nobis non plus li-  
bertatis

bertatis adimunt, quam quod ad reipublicae utili-  
tatem requiritur, obtemperare constituimus,  
et etiam multa et varia officia praesta-  
re debebimus. Etenim si leges, vim suam  
retinentes, valent: quid refert, ab uno latae  
sint, an ab omnibus civitatis membris?  
quid? uni vis earum exercenda commissae  
sit, an pluribus? Profecto nihil aliud,  
nisi quod in uno reipublicae statu mu-  
tationes periculosissimae ab unius volun-  
tate et arbitrio pendent: in altero a mul-  
torum imperitia oriri possunt. Si  
contra unius voluntas intelligentia et in-  
dicio regitur: an tum quoque civium con-  
ditio in terra, ubi unus summa potestate  
gaudet, peior haberi potest, quam in  
civitate populari, aut ubi optimatum  
arbitrio regitur? Quod etiam si sit, tamen  
ea tradita patriae definitione facile intel-  
ligitur, semper, qualiscunque terrae, cuius  
incolae, aut ubi nati sumus, conditio est,  
nobis

nobis eam esse amandam, atque ad eius utili-  
tatem quam plurimum conferendum.  
Unde duplex oritur genus officiorum in  
patriam; unum genus est, quod pertinet  
ad ea, quae aut iussa aut vetita sunt, quae  
que, cum aut intermissa sunt, aut praeter-  
ita, puniri possunt: alterum, quod positum  
est in iis, quae sponte patriae praestare  
debemus. Superioris generis huiusmodi sunt  
exempla: ne quis res novas moliat, ne  
patriam hostibus prodat; et quae sunt  
generis eiusdem. (De quo genere cum leges  
sint latae, ostendentes, quae, qualiaque una  
quaque in terra haec officia sint, silentio  
ea hoc loco praetereamus. Quorum autem  
nulla praecpta a republica traduntur,  
de iis nobis haec dissertatiuncula erit  
applicandum. Illis neglectis, animadver-  
tere in nos possunt: his, non possunt.  
Quocirca quid est, quod turpius esse queat,  
quam impunitatis fiducia his non sa-  
tisfacere? Ut hominem, qui accurate  
ea

ex legibus vivit, id est, qui, poenae metu pro-  
hibitus, nihil facit, quod vitium est, nec  
plus, quam quod iussum, non prorsus  
bonum habere licet: sic neque <sup>quidem</sup> eum, qui,  
quaecunque contra patriam sunt, ita  
omittit, ut tamen nihil ad utilitatem  
eius et decus conferat, vivere bonum ha-  
bere possumus.

Primum et praestantissimum officium,  
quod in patriam habere debemus, est eius  
amor. Unde reliqua omnia emanant.  
Quem enim amamus, ab eo, quae nocitura  
videntur, avertere studebimus, quaeque  
profutura, ei conciliare. Unde sequitur,  
unum tantummodo proprie a nobis pa-  
triae praestandum esse officium, quod  
servantes etiam cetera exsequimur. His  
liqua igitur dissertatione pariter praeci-  
pue de patriae amore agit.

Cuius est, qui non concedat, se terram, in  
qua aut natus sit, educatus, excultus, aut  
munere fungatur, patriamque, ceteris

praed-

praeferre omnibus? Cuius nequissimus  
matrem suam non amat? <sup>Num</sup> An patria no-  
bis matrem minoris est aestimanda? Tue-  
runt quidem Catilinae, qui omnimodo  
patriae suae nocerent: <sup>neque vero profecto</sup> certe autem non  
eo consilio, ut ei nocerent, sed ut ipsi ad al-  
tius ascenderent flammae fastigium, nomen  
que suum celebre redderent. Cum uniuscu-  
iusque gentis nationisque historiam per-  
eustramus, semper maxima amoris pa-  
triae exempla invenimus: praesertim  
cum ad tempora Graecorum et Romano-  
rum recedimus. Ipse Cicero provinciam,  
cuius ope rem suam familiarem haud dubie  
maxime augere poterat, repudiavit, ut  
domi manens urbem <sup>semper</sup> invare posset. Phi-  
laeni fratres, ut republicae suae fines  
dilatarentur, se vivos obrui passi sunt.  
Quid dicam de Cadro? quid de Themistocle  
ac Leonida? quid de matribus Spartanis,  
filios suos, nisi victores et proelio redeun-  
tes, aut pro patria occisos, contemneribus?  
quid

quid de maioribus nostris, qui paludes et sil-  
 vas suas non minus fortes <sup>iter</sup> tuebant <sup>yr</sup> defend-  
 debantque, quam illi praeclaras urbes atque  
 opulentas? Sed et nostris temporibus, licet  
 amor ille iam non tam universalis sit, quam  
 olim, plurima eiusmodi exempla repe-  
 riri possunt. Nam adeo nunquam popu-  
 lus degenerare poterit, ut ne unus quidem  
 in eo existat, qui Divino illo sensu, quo veteres  
 imbuti erant, afficiatur. Quod cum ita sit,  
 cum historia tot exerceat exempla prae-  
 clara: quid potest esse turpius, quam viros  
 illos, luminum instar ex antiquitatis cal-  
 ligine elucet, non imitari; quam, quo-  
 rum efficacia benefica adhuc sentitur,  
 eos sequi nolle? quid contra honestius,  
 quam, magnitudine animi eorum ac for-  
 titudine percepta probataque, illos sibi  
 proponere imitandos?

Patriae igitur postulanti, quaecumque no-  
 bis cara et iucunda sunt, condonare debemus:  
 rem

rem familiarem, propinquos, liberos. Quin  
 etiam nosmetipsos pro patria, hostibus eam  
 urgentibus, offeramus necesse est. Quod nisi  
 facimus, vite civis boni haberi non possa-  
 mus. Natura ipsa iam manifesta amoris  
 patriae vestigia in hominibus posuit.  
 Etenim Lappo, a terra sua glaciali avulsus,  
 non minus tristis regiones rigidas, ubi  
 primos aetatis annos consumsit, respicit,  
 quam Italiae incolae, patriam suam relin-  
 quere coactus, rura amoena et agros, frugif-  
 eris abundantes. Pari ratione is, qui in terra  
 quadam remota popularem forte conspexerit,  
 vocemque suam vernaculam ex eo audierit,  
 amore quodam et benevolentia hunc am-  
 plectetur. Nec tamen naturalis illa ani-  
 mi propensio sufficit, sed excoli debet,  
 et eo usque perducitur, ut, ingruente necessi-  
 tate, Divino quodam igne flagrantem, no-  
 strisque obliti, nihil aliud, nisi patriae  
 salutem, spectemus. Themistocles, ab in-  
 gratis civibus, licet optime de eis meritis  
 esset,

esset, Athenis expulsus, coactus erat, ad Xer-  
sem, Persarum regem, quem copiarum Athe-  
niensium (qua saepius vicerat, perferere).  
Ilic, gaudens, quod virum, nec militaris pe-  
ritiosissimum, nactus esset, ad id veteris obli-  
tus, eum, in principes regni sui relatum,  
beneficiisque maximis affectum, copias,  
quas in Aegyptum missurus erat, praed-  
fecit. Misso autem a Graecia legato, qui  
illum, ut hominem sceleratum, reposce-  
ret, Xerxes, veteri adversus Graecos inflam-  
matus odio, atque existimans, Themisto-  
dem tam ob multa, quae ipse in eum con-  
tulisset, beneficia, quam ob iniuriam, a  
civibus acceptam, sibi esse obsecuturum,  
consilio mutato, in Graeciam eum cum  
exercitu proficisci iussit. Quo audito Tho-  
mistocles, immemor iniuriae, sibi ab  
Atheniensibus illatae, nec regis iram  
instuens, imperatorium munus depo-  
suit, dicens, se potius moriturum esse,  
quam patriae suae moenia destructurum.

Quod

Quod cum miraretur Xerxes, interrogare eque,  
quidnam ipsi amplius in patria, unde eiectus  
esset, ubi amicus careret, ubi nihil, nisi mortem,  
posset aspectare, canum et iucundum esset. omnia,  
inquit, cineres maiorum meorum, leges sanctae,  
(dii tutelares, lingua, mores, aër, terra, arbores,  
moenia, lapides.

Nec vero parvi sunt fructus, quos, divino  
salutis patriae augendae studio ardentis, nobis  
in ipsis, quos civibus nostris, quos omni  
generi humano conciliamus. Si quis, sua ubi-  
libet patriae commodo semper posthabita,  
quam potuit maximam in terram suam  
celebrandam contulit operam, si, vitam con-  
temnens, in proelio hosti obstitit, atque ita  
gloriosè vitam excessit, optimum liberis, civi-  
busque exemplum proponens imitandum:  
nomine et aequales, et posteris nomini eius,  
qui aeternam sibi paravit gloriam, bene-  
dicent. Sed quid potest esse praestantius,  
praestabilius, praecclarus, quam ab omnibus  
amari, omniumque admirationem mo-  
verè? Quis est, qui velit eadem fami gloria,  
quam Annibalis, unus illorum fortium, a  
quit?

quibus originem nostram repetimus, adeptus est.  
Teram si multi prodeunt viri, libentes pro pa-  
triae servanda morti se offerentes, omnia populus,  
eodem spiritu divino tactus, ad mortem dicitur  
paratus. Hunc quis conabitur subigere? — Quam-  
diu populus sincero patriae amore animatus,  
id est, quamdiu communis utilitatis rationem  
habet, quamdiu rixae, factiones, bella civilia  
reipublicae firmitatem non concutiant, quam-  
diu vis non nisi adversus externas nationes  
adhibetur, quamdiu cives pro libertate et iure  
suo parati sunt mortem oppetere: tandem  
populus etiam liber et invictus est. Libertas  
vero ac fortitudinem, cum finitimus in-  
terrorem coniectis populis, agrorum segetes  
vestigis hostilibus non concutuntur, neque  
aedificia deurantur, neque artifices ab operibus  
faciendis avocentur, neque agricolae ab agris  
colendis, nec mercatura exercenda interrumpantur,  
opes et divitiae, omniumque rerum facultates  
sequuntur. Maximum autem est, quod animus  
vinculis servilibus laxatus, ad altius cultus  
fastigium ascendere nititur, artesque et li-  
berae magis magisque coluntur atque exer-  
centur.

Nec

15 18  
Nec vero minores sunt utilitates, quas, si  
quis populus fortitudine, exercendis liberis ar-  
tibusque ad summam perfectionem pervenit  
universum genus humanum inde haurit. Na-  
tiones longinuae, quae, feritate et crudelitate  
actae, animi perturbationibus temere in-  
dulgent, licet non statim ad imitandum im-  
pellantur, licet illius fama eas adhuc lateat,  
tamen salutifera illius populi auctoritas lon-  
ge lateque se extendit, multisque post se-  
culis etiam ad remotissimas nationes per-  
venit, earumque feris moribus et cru-  
delibus mutatis, studium in eis excitabit  
literarum et artium, pulchri honestique.  
Vere Rite igitur Horatius, qui ipse patriam  
gaudebat, omnibus his virtutibus excellen-  
te, cum omnia illa et patriae amore na-  
santur, dicere potuit:

"Dulce est decorum est, pro patria mori."

